

Ut possem cum successu studia mea ad finem perducere, libellum „**Quomodo coniunctio concessiva *quamvis* in linguae Latinae litteris, praesertim in Ciceronis libris, poni solita sit**“ intitulatum conscripsi. Opusculum meum in partes tres dividitur, quarum in prima atque secunda enuntiata concessiva in generali, deinde usus ratioque coniunctionis, *quamvis* videlicet, pertractatur; in parte tertia observando operam dabam, quomodo vocabulum illud in nonnullis operibus M. Tullii Ciceronis occurreret, locis (exemplis, speciminibus) competentibus laudatis et explanatis.